apostolum in subiectione plenitudinis credentium subicitur diuino uerbo.
ut sit ipse qui adsumptus est homo sit ds omnia in omnibus qua ipsum iudice
erit retributio iustis iustitiae in gloriam & peccatoribus iustum iudiciu̅
tormentorum in ira damnationis; Si autem uolueris magnitudinem filii
in agnitionem patris considerare uade ad philippum apostolum & inter
roga eum ipso dicens ostende nobis patrem & sufficit nobis & poteris discere
ipso tibi dn̄o respondente quia pater meus usque adhuc operatur & ego operor;
& philippo cui audies tanto tempore uobiscum sum & non me uidistis philippe
qui uidit me uidit & patrem meum. quia ego in patre & pater in me e̅;
hoc autem ait inluminans nos. EXPLICIT DE FIDE IN XPO

XXXVIIII

## INCIPIT DE EO QUOD NON LAEDITUR HOMO NISI A SEMETIPSO

Scio quod crassioribus quibusque & praesentis uitae in illecebris inhiantibus
atque his qui pomnia terrae adherent & uoluptati propriae libidini neque
deseruiunt nec spiritalem sensum querunt capere no[..]us uideatur
hic sermo noster ac mirus & ridebunt nos fortasse quod in ipsa statim tituli fron
te ineptas satis & que nulli uideantur uerisimilia proponamur; sed non ob hoc
nos a proposito cessabimus. quin immo & eo ipso ad consignanda & omnimodis
conprobanda quae promissimus purguebimus; Si tamen paululum nobis in
principiis patientiae tribuant his quibus absurda uidentur esse quae lo
quimur. nec in exordiis obturbent dicentem sed finem pro positae ora
tionis expectent; Scio enim quia post hoc nobiscum stabunt notantes semet ipsos
prioris erroris & ut dicitur palinodian canentes ueniam postulabunt
pro eo quod minus rectam nunc usque rerum tenuere sententiam; Insuper
& gratiam nobis habebunt sicut aegri quique medicis recuperata sanitate;
Noli ergo mihi ingerere opinionem nunc illam quae aput te hactenus inuete
rata permansit; sed expecta paululum orationis huius nostrae luctamen; &
tunc scio quod rectam proposito negotio sententiam dabis ubi spinosis opinio
nibus quae aput te erunt rationum quae a nobis dabuntur falce resecatis
rectum iudicandi tramitem potueris intueri; quamquidem & iudices saeculi
huius negotiorum que communium & si uehementer uiderint eum qui
primas negotii partes prosequitur perorantem & largissimis dicendi fontib;
inundantem. expectant tamen & iam respondentes ad haec prosequutionem,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0294